

*Doc. 45 (In nomine domini et
salvatoris nostri Ihesu Christi
anno ab incarnatione...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 45 (In nomine domini et
salvatoris nostri Ihesu Christi
anno ab incarnatione...)*

1309-01-31

In nomine Domini et salvatoris nostri Ihesu Christi anno ab incarnatione eius millesimo trecentesimo nono. Regnante domino nostro Karolo secundo Dei gratia gloriosissimo rege Ierusalem et Sicilie ducatus Apulie et principatus Capue Provintie et Forchalquerii ac Pedimontis comite regnorum vero eius anno vicesimo quinto feliciter amen, mense ianuarii die ultimo eiusdem septime indictionis aput Melfiam, nos Buccellus de guisa regalis Melfie iudex, Goffridus de Caputsele puplicus eiusdem terre notarius et testes subscripti liciterati de eadem terra ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto puplico notum facimus et testamur, quod olim infra proximo preteritum mensem decembris et presenterà mensem ianuarii presentis septime indictionis per diversas vices, ad multimodas preces et requisitiones Nicolai Rubei et Henrici Rubei de Dordona magistrorum marescallarum araciarum et massariarum excellentis domini, domini Roberti Illustris Ierusalem et Sicilie regis primogeniti, ducis Calabrie ac eius in regno Sicilie vicarii generalis in Apulia ad pertinentias Lacuspensulis et Gualdi ubi animalia aratie iumentorum ipsius domini duois magistratus eorumdem magistrorum in pascuis morabantur, una cum Nicolao Caroso iumentario eiusdem aratie nos personaliter conferentes, inspeximus et fide vidimus oculata infra menses eosdem aborti va ta esse sanguine de iumentis pregnantibus eiusdem Aratie propter asperitatem temporis yemalis iumenta subscripta videlicet, iumentum unum morellum marcatura merco dicti domini ducis ad florem de lisa et burdaturas, iumentum unum vayrolum mercatum in cossa dextra mereo quondam comitis atrabatensis ad castrum et in cossa sinistra ad florem de lisa et mercatum mereo eiusdem domini ducis, iumentum unum

lyardum pumatum mercatum similiter et iumentum unum morellum cum paucis pilis albis in fronte mercatum dicto mereo dicti domini ducis, predictis igitur magistris petentibus habere de premissis omnibus ad eorum cautelam puplicum documentum tempore eorum ratiocinii producendum, tam ad curie dicti domini ducis certitudinem quam eorum cautelam presene puplicum testimoniale scriptum eis exinde factum est per manus mei predicti Goffridi puplici Melfie notarii signo meo solito sigillo et subscriptione mei qui supra iudicis et nostrum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum. Anno mense die et indictione predictis.

† Ego Buccellus de guisa Melfie iudex.

† Ego Franconus de guisa testis sum.

† Ego Petrus baleatorius testis sum.

† Ego Iohannes..... testis sum.